

# Mythologia, Venise, 1567 - I, 02 : De fabularum utilitate

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I**

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 02 : De fabularum utilitate](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I**

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 02 : Du proffit qu'apporte la cognoissance des Fables](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I**

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 02 : Du proufit qui revient de la conoissance des Fables](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - I, 02 : De fabularum utilitate, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 24/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/786>

Copier

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4  
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination4v°-5v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

## Mythologiæ.

gendos, adhuc repertus est nemo, ut mihi quidem uidetur, tolerabilis. Hoc autem cū magis est mirabile, quod neque poetarum, neque philosophorum, neque ullarum scriptorum sententias sine hac diligenti fabularum inuestigatione percipere recte possumus; cum illius cognitionis præsertim utilitas ad omnes non mediocriter pertineat. Quæ cum ita sint, ego dabo operam pro uiribus ut illa, quæ ab antiquis scriptoribus in hanc cognitionem prætermissa fuerunt, aut certe ad nos non peruenierunt, conspicua sint scripta nostra legentibus, qd̄ scriptiōnis genus plurimum & utilitatis & uoluptatis allaturum certò suo. Quis est enim per Deos immortales adeo disciplinarum contemptor, qui ex sapientiæ præcepta scire non magnopere cupiat, quæ ne exirent in uulgus fuerunt sub uarijs figmentis ab antiquis sapientibus occultata? ueruntamen nequis illud a nobis expectet, quod scribentibus inuicundum, legentibusque foret inutile; nullas hominum in arbores mutatorum, aut in corpora uel sensu uel ratione carentia afferemus interpretationes: nisi quæ utiliter afferri poterint; nullamque habebimus fabularum illarum rationem, quæ insulse fuerunt a nonnullis excogitata. Neque portenta rursus, aut prodigiosa monstra adducere conabimur ad ingeniosum naturæ opificium; cum eas tantum fabulas simus explanaturi, quæ homines ad rerum cœlestium cognitionem erigunt; quæ institunt ad probitatem; quæ deterrent ab illegitimis uoluptatibus; quæ patefaciunt arcana naturæ; quæ uel ad scientias denique rerum necessarium humane uitæ, uel quæ ad integritatem perducant, & quæ plurimum faciunt ad optimos quosque scriptores recte intelligendos.

### De fabularum utilitate Cap. I I.

Tanta est sanè utilitas, quam ex fabularum cognitione percipimus, quanta nullis uerbis explicari posset: quod tamen nemini ferè est perspicuum, nisi si quis præclaro ingenio sit ab ipsa natura præditus, multaque antiquorum scripta diligētius considerarit. nos igitur, sicuti solent medici, qui è uenenatis etiam uel herbis uel animalibus utilia pharmaca colligunt, & quod optimum sit secernunt è singulis, atque uel pernitiōsa temperamentorum beneficio sanitati perquam accommodata reddunt, ita facere debemus. Nam altiora fabularum sensa recte perscrutantes, quid uile humanæ uitæ sub illis contineretur, debemus inuestigare; è quo plurimum reportabimus utilitatis; illis interim neglectis, quæ nihil nobis conferre videbuntur. Quod autem plurimum commodorum ex hac cognitione consequemur, uel illud maximum est argumentum, quod diuinus etiam Plato primam puerorum eruditionem ab honestis fabulis incipere iussit in libro secundo Reip. cum  
ita

## Libet Primus.

inquit; unde et de his fabulis antiquis et de his quod etiam in his fabulis est. Selectas autem fabulas matres ac nutrices pueris narrare hortabimur; animosque illorum fabulis diligentius, quam corpora ipsa manibus informare. Nam quis profecto nesciat, omnia prope Deorum gentium mysteria fuisse ab antiquis sub fabulis occultata? Cum enim turbae seminarum, & imperitiae multitudine religio, & Deorum metus, & fides, & probitas & temperantia, esset in animis inferenda, qui neque Dei naturam intelligerent, neque integritatem rapinae ac libidini sine aliquo Deorum metu anteponerent, non solum fabulosa de Diis narrationes a sapientibus fuerunt excogitatae; sed etiam fabulosa 10  
imagines, & picturae monstris prope similes introductae. Sic fulmina Ioui tributa sunt, credens Neptuno, sagittae Cupidini, fax Vulcano; ac varia terrorum instrumenta Diis ceteris. Nam cum minime sit inexpugnabilis mortalium natura, neque validissimas machinas expectet, quippe quae omnium calamitatum semina intra se contineat. si vel paullulum oculos ab illius custodia Deus deflexerit; perse, sine aliis pugnae instrumentis, continuo labefactabitur. Hanc tantam percipiendam esse ex fabulis utilitatem aperte declaravit ita Dionysius Halicarnassensis libro primo Rerum antiquarum, 20  
καὶ μὴ οὐκ ἀποδείκνυται ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις μύθοις ὅτι οἱ ἀνθρώποι ἀπὸ τῶν ἡρώων καὶ τῶν θεῶν μαθήσαντες τὰ κατὰ τὴν φύσιν ἔργα διὰ τὴν ἀνθρώπων φύσιν, οἱ δὲ ἀνθρώποι τὰ κατὰ τὴν φύσιν ἔργα διὰ τὴν ἀνθρώπων φύσιν, οἱ δὲ ἀνθρώποι τὰ κατὰ τὴν φύσιν ἔργα διὰ τὴν ἀνθρώπων φύσιν. Neque mihi obscurum esse quis existimet, quod e Graecia fabulis nonnullae sunt hominibus perutiles; aliae siquidem sunt, quae Naturae opera sub allegoriis contineant, aliae humanarum calamitatum habent consolationem, aliae terrores, animorumque perturbationes a nobis depellunt, opinionesque parum honestas destruunt, aliae alterius cuiuspiam utilitatis causa fuerunt inventae. Nos idcirco univ-  
ersam fabularum divisionem ita faciendam censuimus; quod aliae fabulae 30  
naturae secreta continent, ut illa, quod Venus e spuma sit genita, quod Phae-  
bus Cyclopes occiderit, quodque illi fulmina Ioui fabricarent. Aliae fortunae  
inconstantiam declarant, nosque ad eam forti animo ferendam instruunt, ut  
ea quae de Phaebo dicta sunt quod arma pauerit Admeti. Aliae ab impuris  
opinionibus nos retrahunt, ut Lycaonis fabula. Aliae, ad deterrendos homi-  
nes a rebus turpibus sunt inventae, ut Ixionis supplicium apud inferos. Aliae  
cohortantur ad strenuitatem, ut ea quae tradita sunt de Hercule. Aliae ex  
avaritiae sordibus nos erigunt, ut sitis Tantalus. Aliae ad deprimendam teme-  
ritatem confinguntur, ut calamitas Bellerophontis, & caecitas Marfyx. Aliae  
ad virtutes nos alliciunt, ad integritatem vitae, ad fidem, ad aequitatem, ad  
religionem ut mirifica Elythorum camporum amenitas. Aliae ab omnibus  
denique flagitiis reuocant, ut severissimi Triumviri apud inferos singulorum  
animas defunctorum iudicantes, & gravissima conscleratorum supplicia. 40  
Equidem sic existimo, quasi suavisimum humanae vitae condimentum existe-  
re fabularum inventionem, ac earum arum, quas in vita patimur, non  
mediocriter solatium; quas etiam idcirco a sapientibus fuisse excogitatas cen-  
seo. Hinc enim cum singulari oblectatione ea percipimus vitae recte degen-  
dæ præcepta, quibus sine suauitate fabularum terga continuo verteremus.  
Hanc tantam e fabulis utilitatem capere minime possunt ii, qui altiora fa-  
bularum sensa non inspexerint, qui que primi corticis, ut ita dicam, mirabi-

B litate 2

## Mythologia.

litate irretiti nihil diuinius sub illo inesse crediderūt. Hi etenim tanquam parui pueri per brumam apud ignem sessicantes aniles nugæ fabellasque à poetis imbibūt, cū interim de vtiliore sanctioreq; sūa minime sint solliciti.

*De fabularum varietate.*

*Cap. I II.*

10 Vnt aut plura fabularū generā, quæ nūc à locis, in quibus inuēx fuerūt, nūc ab inuētoribus, nūc ab argumentorū natura, nomen obtinuerunt. A loco quidem Cypriæ, Ciliciæ, Sybaritiæ. Cū multi fuerint earum inuentores, obtinuit consuetudo, vt omnes Aesopiciæ dicerentur cæteris inuentoribus silentio prætermisiss, quia in constringendis fabulis Aesopus omnium aliorum fuit artifex ingeniosissimus. illæ, quæ Sybaritiæ dicebantur, agebant de braciis; quæ Aesopiciæ, de hominibus. Politicæ dictæ sunt, quibus vsi sunt sapientes ad demulcendos animos potentiorum, atque ad deducendam multitudinem ad humaniorem vitæ rationem. Aliæ rursus morales, aliæ rationales sunt vocatæ, aliæ ex his ambabus formis commistæ. inter politicas fabulas argumenta comædiarum & tragediarum sunt connumeranda, quia cæsi ab agrestis vitæ homines per hæc non euocantur, traducuntur tamen ab illegitimis voluptatibus & ab omni intemperantia ad vitæ moderationem. Sed horum argumentorum varia sunt nomina; quia aliæ togatæ, à togis histrionum dicuntur; aliæ palliatæ à palliis Græcorum, aliæ tabernariæ pro vestibus & conditione introductarum personarum. Aliæ planipedis, quod neque foccis, neque cothurnis, vt in cæteris, horum argumentorum histriones vterentur. Aliæ Attelanz à loco vbi fuerunt inuentæ; cum tamē simplex sit tragediarum nomen. Aristoteles in Rhetoricis libycas fabulas ab Aesopiciis diiunxit, quia libycæ de hominibus, Aesopiciæ de brutis agerent: id autem idcirco factum est, quia cum Aesopiciis aliorum complures fuerunt commistæ. Fabularum nomine tam apologi quæ figmenta sunt Aesopici; quàm fabulæ, quæ sunt poetarum argumenta, continentur; vt formæ sub suis generibus. Illæ, quas explicaturi sumus, fabulæ, ac figmenta antiquorum sapientum, in nullum horum generum simpliciter incidunt; sed uirtute cum omnibus his ferè commistæ sunt, atque ex omnibus generibus aliquo pacto constant. Quippe cum vel generationem rerum naturalium contineant, vel agant de natura Deorum immortalium, vel de vi planetarum, vel de vita hominum recte instituenda; quarum singularum natura paulo post à nobis explicabitur.

*De Apologorum, fabularum, æsurumq; differentia.*

*Cap. I III.*

40 Ed ante quam poeticarum fabularum, & earum, quas explanare institui-  
mus, explicationem aggrediamur, operæ precium me facturum esse cen-  
seo, si demonstrauero q̄ sit inter hæc ipsa genera differentia. E fabulis igitur aliæ sunt, quæ logi, siue apologi dicuntur à Græcis; aliæ vocantur *αἰνέτι*, siue fabulæ simpliciter. Apologi vel de brutis fiunt solis, vel cum his homines colloquentes faciunt, apologorumque illud est munus vt pro exemplis sint in concionibus, sicuti testatur Aristoteles in Rhetoricis. fabulæ illæ, quæ *μυθολογία* dicuntur, cum argumenta tragediarum & comædiarum comple-  
ctantur, & omnem vim denique poeseos, quæ sit per imitationem commu-